



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 47. Ejusdem Sacræ Facultatis decretum circa Syndici postulata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

proper-
ipsum,
ac ro-
de homo-
acultati,
ustrissimi
suis ser-
dem adi-
istrorum

eputatis
proxima
is diffi-
n exere-
e, simi-
ut M.N.
cultaten-
dum jus-
uæcum-
in illis
eorum
num fo-
ad holce-
hæc lo-
ex part-
e & syn-
itoris &

§. XLVII.

Sæc.XVIII.
A. C. 1730.

Ejusdem S. Facultatis decretum circa
Syndici postulata.

De hisce sex articulis a Syndico ex-
positis Jacobus Leullierus Deca-
nus cum octoginta quatuor Magistris
maturam instituit deliberationem ac
tandem communi omnium suffragio
decidit. I. De instrumento a dissidenti-
bus oblati proxime esse deliberandum;
II. Sornetum Baccalaureum inter dis-
sidentes esse annumerandum, expun-
gendum que ex albo Baccalaureorum,
nec si intra tempus mox figendum,
redire vellet ad obsequium, admit-
tendum, nisi coram S. Facultate ve-
niam peteret humillime.,,

„Terminum fatalem temporis
jam concessi M. M. Dissidentibus
fixum esse, ad diem primam
Mensis Aprilis proximi in gratiam
eorum, qui in Urbe vel in Banleu-
ca commorantur, ad diem vero
primam Maij subsequentis pro iis, qui
extra Urbem aut Banleucam degunt,
adeo ut nulla ulterius fieret proro-
gatio.,,

III. „Sex Seniores esse nominan-
dos, qui unacum Decano & Syndico
Regem adirent, quique acta sua sta-
Hist. Eccles. Tom. LXXXIII. O , tim

Sæc. XVII. „ tim ac fuerint edita, debita re-
 A. C. 1730. „ rentia offerrent, simulque Facultatis
Deputati sua acta deferrent tum Emi-
 „ nentissimo Regni Administro, Emi-
 „ nentissimisque tribus aliis Cardinali-
 „ bus, quos suos inter Magistros anno-
 „ merare gloriatur S. Ordo, tum etiam illi-
 „ lustrissimo Archiepiscopo Parisiensi ipsi-
 „ que declarandum, rem fore admodum
 „ honorificam & gratam S. Facultati,
 „ si, servatis, quæ servata sunt tem-
 „ pore Illustrissimi Harlæi Archiepiscopi
 „ Parisiensis, vellet Lauream Doctora-
 „ lem adipisci, seque numero Magistro-
 „ rum adjungere; voluit insuper Decanus,
 „ ut iidem curent Deputati deferri cum
 „ omni honore eadem exemplaria illu-
 „ strissimis Franciæ Cancellario, & Re-
 „ giorum sigillorum Custodi, omnibus
 „ Regni Administris, Illustrissimo Proto-
 „ pæsidi Senatus Parisiensis, & Re-
 „ giis Triumviris ac Procuratori Ca-
 „ tholico.,,

§. XLVIII.

Finalis declaratio S. Facultatis.

Postquam hæc omnia in variis co-
 mitiis gesta fuissent, Decanus no-
 mine totius Facultatis sequentem de-
 clarationem typis promulgari jussit:
 „ Patebit proculdubio iis omnibus
 „ qui